

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

8. De modo Exordij. An debeat esse argumentosum & floridum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Antea quidem (viti Athenienses) & propter vitæ flagitia, & ob crimen traditionis, haud mediocri supplicio dignus erat hic Demades, nunc autem vel maxime, postquam recenti facinore damnum huic ciuitati, & dedecus sempiternum inusit.

Hoc rursum exordium in tres formas dividit Hermogenes, sed leui fundamento.

#### Sex exordiorum fontes.

**I**Taq; omisis tot Rhetorum commentis, & nominibus, puto exordia recte ad sex capitula posse reduci.

**Exordium ab adiunctis.** Primum locum obtinet ea, quæ sumuntur ab adiunctis, quorum seges vberima est, & multiplex, quot genera personarum, conditum, locorum, temporum, caussarum, modorum, in quibus infinita est varietas, tot nascentur exordia.

**Exordium ab expositoribus rei finis.** Secundum ea, quæ sunt à simplici, & ab expositoribus rei finis. priorator, idque sine fuso, & calamistris. Ut caussa, hæc agitur contra sacrificium, &c. Eliis beata ciuitas à me commendatur.

**Exordium ex viceribus rei quid.** Tertium ea, quæ à visceribus rei, hoc est, internis principijs sumuntur, ut cum, quis vituperandum Philippum sibi proponens, orditur ab hoc communis theoremate. Necessarium estle virtutis laudem, & viti vituperium, quod ex vitroque ciuitati non mediocris creetur vtilitas.

Tale exordium Aphthonij Sophistæ. Οὐτε τὴν ἀρχὴν ἵπανω χωρὶς, οὐτε τὴν κοιλίαν ἵψω τὸ γένος προσκεκαταριπτεῖν. οὐτε καὶ διὰ ἀμφοτίπων ἐργάτων πεπτεῖν κιρρόθ. ἵπανω μὲν μίνια ἄγαδην κατεύομεν δὲ πεπράν.

**Exordia ab exemplis.** Quartum, quæ sumuntur ab exemplis, parabolis, iconibus, fabulis, proverbijs, apophategmatijs, &c. que plus habent pompa, & circuptionis nos inferius exempla affectemus.

**Exordium ab invocatione.** Quintum, quæ ab invocatione; quale est exordium orationis de corona apud Demostenem, & Ciceronis, pro Mutena.

**Exordium ex abrumpo.** Sextum denique, quæ ducuntur ex abrumpo; quæ ut magis calida sunt & incensa, peculiaremque habent modum, ita peculiaremmentur locum. Ad hæc capita omnia, vel saltim præcipua, reduci posse existimo. Sed de istis posthac fusius in exemplis.

#### De modo exordij.

An debeat esse argumentosum, & fidulum.

#### C. A. P. V. T. VIII.

**O**MNEM ab exordio probationem remoueri nonnulli Rhetores volunt. Alioqui quomodo (inquit) à confirmatione discernetur exordium, si præter rationem suam argumentari, & probare nitatur. Exordium Deinde cum ad probationem mentes auditores debet comparare debeat, ipsum omni argumentatione carere oportet. Sed tamen constat multa, eaq; industriorum oratorum exordia, iacta nimis, ne quadam habere probationum fundamenta, & profer sparsa veluti rationum vestigia, quæ deinde sine argumentis latius manant incrementis. Quamobrem in hac questione, & exordia, & argumentatione, ut per magna sunt, atque illustri varietate, longè disiungenda esse videntur. Si exordia sunt ducta à circumstantijs rerum, ijsque ad causam non adeò pertinentibus, sed tantum ornatus, & excursionis gratia, ea aut plurimum proceria nihil continent argumentosum. Si vero textus generis sint exordia, quæ à rerum visceribus, & internis veluti principijs ducuntur, recipiunt argumenta non quidem omnia, sed ea maximè, quæ sunt à genere, ita enim grauius, & liquidius inserviunt. Sic dicturus contra adulteram exorditur à feciditate adulterij, & laude castitatis, quo sit ut simul præparat animos, simul etiam caussam fulciat, & ad orationem commodius delabatur. Hoc opinor voluit Quintilianus cum præcepit ne exordium sit argumentosum nimis, ut confirmatio. Nec prouersus sine argumentib; 4.6.1. vult narratio.

Quod ad characterem attinet, simplici culatu exordia esse debere contendunt: & id quidem recte, si præfertur generis iudicialis, aut scribendi etiam deliberati ratio habeatur, in quibus sunt exornimis compta, pro suspectis solent esse exordia. Quis enim ineptum non putet, si cum totum orationis genus sobrium, & grave esse debet, initium fuso, & pigmentis sit delibus. Neq; tamen esse oportet nimis grandis, & austera.

& austera, sed quod eruditè notat Halicarnaf-  
seus in libro πτ. i Δημοδέης δενοντος  
plus habere suavitatis, quam maiestatis, ne ni-  
mia gravitate, quos conciliatos esse volumus,  
auocent auditores. At verò in orationibus ex-  
ornatiuis, quæ non ad suasionem, sed delecta-  
tionem instituuntur, longè alia ratio, & vehe-  
menter errant, qui hæc genera una ratione  
Quint. l. 4 p̄cepti complectuntur. Oportet enim hæc  
proœmia compta cīle, florida, veneribus, &  
gratijs pullulantia, quanquam nolim esse ali-  
quid, aut translatum audacius, aut ab obsoleta  
vetustate, aut poëtica licentia sumptum. Non-  
dum enim recepti sumus, & custodit nos re-  
cens audientium intentio: magis conciliatis  
animis, & iam calentibus hæc libertas, si modo  
vnquam toleranda est, feretur acrius.

*Exordium* Præterea ceteris orationis partibus vni-  
ceteris exordia, adaptarique operæ pretium est, no-  
toto corpore disuincta, intrusa potius, quam  
propria esse deprehendantur. Hanc artem ta-  
men plerique veteres tenuerunt, vt locos sibi  
exordiorum communes facerent, quibus pro  
occasione vterentur, quanquam ea opinor ma-  
gna dexteritate reliquo corpori insuebant, vt  
nihil violentum certetur. Hoc sibi exordi-  
se testatur M. Tullius, qui libro, quem de glo-  
ria conscripsit, proœmium vnum ex suis Aca-  
demiciis inseruit. Sic autem ille ad Attic. libr.  
16.c.5.

*Cicerone* De gloria librum ad te misi, & in eo proœ-  
mium, id est, quod in academico tertio. Ide-  
uenit ob eam rem, quod habeo volumen pro-  
œiorum, ex eo eligere loleo cum aliquod  
obligatus institui. Itaque iam in Tuscan-  
lano, qui non meminism me abulum isto  
proœmio, coneci idem in eum librum, quem  
tibi misi. Cum autem in naui legerem accide-  
mos, agnoui erratum meum. Itaque itarum  
nouum proœmium exaravi, & tibi misi, tu il-  
lud desecabis, & hoc agglutinabis.

*Exordia* Hoc qui faciunt pueri, sine iudicio ex alijs  
adscititia, autoribus exordia, malè suis tyrocinij ap-  
tantes perspè corpori equino, humanum  
caput coguntur adtextere. Iam ad p̄cep-  
ta magis familiaria, & ex-  
empla deuenia-  
mus.

(\* \*)

De exordiorum communibus p̄cep-  
tis.

## C A P V T IX.

**C**Urae igitur oportet in grandi p̄ser-  
tim oratione aditus honestos, vt in Ba-  
silicis præclara vestibula: sed tamen est  
in ijs plerumque elaborandis difficultas, vt  
expeditius sit orationis exitum inuenire, quam  
principium. Ego miliam faciens sylvestren-  
tium p̄ceptorum congeriem, primū expli-  
cate pauca, & necessaria de exordio subiicio,  
mox nostro more χραστῶν exempla p̄ce-  
ceptorum rationibus tubiungo.

In exordio considero nomen, definitionem,  
diuisionem, partes, virtus, & tractatio-  
nem.

Exordium dictum est metaphora ducta à  
Textoribus, Proœmium à Citharecidis, vt re-  
statut Magnus Aurelius Casiodorus in com-  
pendio Rhetorice, cīus (inquit) cantus est, &  
Citharecidis pauc illa, qua antequam legitimi-  
num certame inchoent, emerendi gratia ca-  
nunt, proœmium nominarunt. Oratores quo-  
ca ea, quæ prius ordiuntur orationis causla,  
ad conciliandos sibi iudicium animos pralo-  
quuntur, proœmij appellatione signarunt.

Exordium (inquit Cicero) sit principium  
orationis, per quod animus auditiois, vel iu-  
dicis constituitur, vel apparatur ad audiен-  
dum.

Eius duo facit genera, proœmium, & E-  
phonon sive insinuationem.

Proœmium est apertum principium.

Ephodos est subdolum initium, occultius  
irrerens in animos iudicis (inquit Fortuna-  
tianus) Sed de hac exordiorum diuisione ple-  
nus antea dictum est.

Partes exordij nonnulli quatuor asserunt, Partes  
quanquam istud bique non obserueretur. No-  
tae tamen p̄erunque Expositio, Ratio, Red-  
ditio, & Comprobatio. Expositio est oratio  
rem indicans, vt neminem vestrum latet  
(Quirites) quanta mala Carthaginenses pro-  
per velligalium magnitudinem patiantur.  
Ratio est causla quae redditur expositionis,  
vt, Neque enim res ita parua est, ut latere pos-  
sit. Redditio est brevis assumptio, seu com-  
plexio eius, quod expositione, & ratione con-  
siftitur. Vos autem decet Quirites pro gloria, &  
laude vestri nominis tributa misericordie diminue-

H h 2. Com-

*Exordia*  
Ex aditus  
honesti.  
*Apisinus*  
Rhetor  
*Gracius*  
multas  
habet ma-  
xime de  
exordijs  
iudiciali-  
bus p̄-  
ceptorum  
minutias,  
quas vi-  
dere licet  
*Rhetor.*  
*Grac. p.*  
682.  
*Exordij*  
nomen, &  
definitio.  
*Casiodo-  
rus in Rhei-  
torica cō-  
pendio.*